

Memoria

cogitavit de aure dextra amissa. Quia post hoc intrauit et caudam amisit. ergo si aliquid preter cordis habuisset et auribus et cauda cogitasset. Sed hoc non fecit. quia post omnia ista intrauit. Ideo eum occidit. Et per istas tres rationes ostendo quod cor non habebat. Rex vero cum hoc audisset rationes huius approbavit. Et sic cognationem evasit.

Carissimi.

Exortatio.

Sterex est dominus noster ihesus christus. Qui miro modo ortos et vineas diligit. id est status hominum. Sicut sunt viri ecclesiastici religiosi et boni christiani in quorum cordibus dominus noster plantat quotidie diversa genera arborum. id est virtutum. Sicut sunt decem precepta. septem opera misericordie. quatuor virtutes cardinales: et tres theologicas. Custos est prelatus qui habet ista custodire. Aper est homo vineas ac portus huius seculi qui potius sensui proprio credit quam alteri. Iste destruit statum suum quem accipit in baptismo. Et mala infinita committit quoniam peccatum mortale perpetrat. quia violat virtutes: quas in baptismo recepit. Hoc videns deus per ionatham. id est per mortem a nobis auferit aurem sinistra. id est sanguinem tuum interficit ut per hoc vitam tuam malam corrigas. Sed miser homo ad tempus tolet et cito ad vomitum revertitur et dei precepta iterato violat. Hoc videns deus auferit ab homine aurem dexteram. id est filium vel filiam ut sic te corrigas. Sed miser homo per breve tempus mortem eorum tollit et revertit ad mala opera. et tunc auferit ab eo caudam. id est uxorem ut sic flagellatus corrigatur: nec per talia emendat. tunc deus eum interficit et coquinario. id est dyabolo tradit in die iudicii. Non est in homine res quam deus magis diligit quam cor. id est animam. Tunc diabolus allegabit quod magis deo obedientem non habet. Et dicit ad

beneficij

christum. Iste mihi obediens fuit et tibi obediens fuit. Si habuisset animam rectam nunquam preceptum tuum violasset. Et sic deus privabit aia quod est tolendum.

De beneficijs dei secundum memorandis.
Capitulum. lxxiiij.

Pompeyus

regnauit in cuius regno erat quedam domina nimis preterea et omnibus amozola. Iuxta eam quidam miles habitabat satis gratiosus et nobilis: qui istam dominam sepius visitauit et a domina multum erat dilectus. Miles iste cum semel dominam visitasset: vidit quod falconem super manum eius quem miro modo concupiuit: ait. Domina si quicquam pro te feci aut si me diligis da mihi falconem. domina ait. Tibi concedo. Sed vnum est quod non tantum illud diligas ut a societate mea te sepes. miles ait. Absit hoc a me ut propter aliquam rem me separem a te nunc amplius te neque te diligere quam ante. Domina falconem ei dedit. Ille vero ei valefecerat et tantum in falcone delectabatur quod tantum non visitabat et parum de ea cogitabat: sed singulis diebus cum falcone ludebat. Domina sepius nuncios ad eum misit et non venit. Tandem domina ei scripsit ut sine dilatione ulterius ori ad eam cum falcone veniret quod et fecit. Qui cum venisset ait ei domina. Ostende mihi falconem. quem cum apprehendisset eorum caput a corpore extraxit. Miles non modicum dolens ait. Domina quid fecisti. Que ait. Non doleas sed potius gaude et letare. Quia falco erat causa quare me non visitasti sicut antefecisti. ideo falconem occidi ut ad me redeas frequenter sicut solebas. Miles vero videns quod ex pia causa domina hoc fecerat ei placuit. et eam sicut prius visitauit.